



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Pigmenivs M. 24. Martii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

peres vehementer, esse similis IESU. Considera Domini num tuum de cruce pendentem, attende & vide, utrum dolor tuus sit, sicut dolor ejus. Enim plantae pedis usque ad veritatem non est in eo sanitatis; toto vita sua tempore passus est; tu vero semper in deliciis, semper in voluptatibus. An existimas, viam esse aliam ad celum praeter eam, quam nobis indicavit?

3. Abstine primum nonnullis licitis oblectationibus propter IESUM crucifixum; tum in honorem passionis ejus aliquid patere; aspectu IESI in Crucce patientis dulcescet, quidquid tibi amarum videretur. Tantum debes Christo, ut pro Christo moriri deberes; attamen, quia ejus bonitas est, non mortem, sed amorem querit. Si debitum non mente solvimus, amore solvamus.

## S. PIGMENIVS M.

24 Martii.

*Ambulate, dum lucem habetis, ut non tenebra vos comprehendant, et qui ambulat in tenebris, ne scit, quod vadat, Christus. Ioan. 12.*

**I**n gratia servire nefas esse, didicit PIGMENIVS, Iuliani Cesaris olim Magister: hoc unum

unum ab eo recepit Minerval, ut in exilium pelleretur: non alterius delicti reus, nisi quod SS. Martyrum ossa colligeret, & sacrâ reverentiâ tumulareret. Iussus igitur Principis Apostatae declinare terras, secessit in Persidem, ubi soli Deo vacans aliquamdiu exul delituit; reliquam vitâ ibi clausurus periodum, nisi aliter jussisset cælum. Jam cæcus, imperante Numine, Romam repetuit, tunc tandem a discipulo suo coronandus lauro dudum prosteritâ. In urbe Juliano obvius, visus est amicus esse Cæsarî: nam hic conversis in cælum oculis: *gratias inquit Dñe immortalibus*, quod iteram videam Pigmenium: Sed nihil fucatis hisce blanditiis motus Pigmenius graviter repoluuit: *Gratias Deo meo*, quod non videam imperatorem idolis servientem. Exceduit ad hanc libertatem Apostata, & absque morâ, Sanctum in Tyberim projici imperavit; in hac Naumachiâ Victor vel invito Cæsare, navalem lauream reportavit.

## M E D I T A T I O

*De triplice cæcitate.*

i. **E**xpedit, ut in hoc mundo sis cæcus, capti-  
vans intellectum tuum in obsequium fidei,  
& ea credas, quæ nec videre, nec intelligere potes.  
Ita credere debes mysteria SS. Trinitatis, Euchari-

stix,

O

Itiæ, & alia bene multa, quæ fides credenda proponit. Quid mirum, si capere non potes hæc altissima mysteria? quandoquidem, quod est præ oculis tuis, imò te ipsum, & quod in te sit, capere nequeas. Deus non esset Deus, si capi posset. Credo, quia Deus dixit, & sufficit mihi ad probationem, *dilecti caelitus oraculum. Salvian.*

3. Esto cæcus in omnibus, quæ pelliciunt ad malum; cave, ne oculos in quamlibet partem temerè conjicias, alioquin & accendetur libido, & mentis tuæ tranquillitas perturbabitur. Nunquam aspiceris, quæ nec desiderare, nec habere potes sine peccato. Omnia verè vitia per oculos cor ingrediuntur, egrediuntur vero per eosdem oculos ex corde tuo pietas, humilitas, puritas. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem. David.*

3. Esto cæcus in culpis alienis, nisi ex officio tuo aliorum vitia, & peccata tenearis observare. Intuere duntaxat egregias eorum tum naturæ, tum gratiæ dotes. Si sequaris hoc consilium, nec superbies, te ipsum comparans cum aliis, nec alios propter eorum vitia contemnes. Attende tibi, in te unum inquire; non enim alienæ, sed tuæ vitæ reddes rationem.

## ANNUNCIATIO B. M. V.

25 Martii.

*Ingressus Angelus ad eam dixit. A.*